

^a
SACRATOR ORBIS
MAGISTER,
SIVE DIVUS
FRANCISCUS
SALESIUS

Genevensium Episcopus, ex Tertio
Ordine Sancti FRANCISCI
de PAULA

*Geminâ Sapientiæ, ac Virtutis Laureâ
Mundo Conspicius*

Vetero-Pragæ in Ecclesia Salvatoris R. R.
PP. Ordinis Minimorum

S. FRANCISCI
DE PAULA

Panegyri celebratus
à P. IGNATIO KIRMREITH
Societatis JESU Religioso.

Annò Salutis 1716. Die 20. Januarii.

PRAGÆ, Typis Universitatis Carolo-Ferdinandæ in Collegio
Societatis JESU ad S. Clementem, Anno 1716.

HONORI
AC
VENERATIONI
EJUSDEM
D. FRANCISCI
SALESII
è Magna Minimorum
Familia
Sapientiâ, & Virtute celeberrimi,
In utroque
Orbis
MAGISTRI
MAXIMI.



DIVINISSIME
SALESI.



*Ne mirere, Magister Sacerri-
me, quod Tibi potissimum hodie gratu-
lationis vestigal dedicatoria pendat pa-
gella. Dum etenim Honori Tuo fe-
stam diem actu publico celebrat Mater
Ecclesia, grande futurum censebamus piaculum, si in par-
tem anniversarii homagii, tanta Matris minimi non ve-
niremus Filii. Erat vitq; Tua, omni labe expers, cele-
berrima Virtutum omnium Academia, in qua, publicè
mundo propositis consummata perfectionis exemplis, amo-
re divino Preside, pro Suprema Sapientia, & Sanctitatis
laurea decertasti. Abiit solidissimo virtutum proposito
in Antagonistam, Vitiorum gymnade succinctus Cupido;*

Ignorantia, assumptâ pro termino, malorum lernâ, Heresi,
 pervicacissime oppugnatam urgebat Sapienciam; verum si
 disceptationis exitum respiciamus, is fuit, qui Te, Salefi
 Divinissime, Ignorantia Victorem, Triumphatorem Viti-
 orum, ipsis adversariorum calculis palmam deferentibus,
 renuntiavit. — Indè equissime, approbante Justitiâ; Pro-
 motore, ac Remuneratore ipso Numine, creata rerum U-
 niversitati Sacratior inauguratus es Magister. Quam
 dum tibi Maxima dignitatis laureolam, in Supremo San-
 ctitatis, ac Sapientia gradu adeptam, Catus Minimorum
 profunda gratulatur Veneratione, unâ paucula hac, &
 Sterilia foliola, glorie tue devota, non quidem Lauro tua
 in Decus, sed pedibus sacerrimis in obsequium adsternit

Devotissimus

Conventus Ord. Minimorum S. Francisci
 de Paula.

Prage ad S. Salvatorem.



PANEGYRICUS.



Quousque tandem laureatô Sapi-
 entum septenario gloriabere trium-
 phantis toties Gradivi theatrum, fecunda
 Heroum mater, gloriosa Regum nutrix.
 Illustris Gracia? Quousque domestica,
 Musarum Numina, rumentia ambitione
 nomina aternitatis transcribere fastis, atque aternaturô cele-
 brare encomiô non desines Augusta regnorum Domina, Or-
 bis, urbiûmque caput Roma Septicollis? Quorsum etenim
 triumphales assurgunt marmora in colossos, spissati obrizô ar-
 cus lunantur in Irides, Asiaticis gemmarum exuviis splendida
 trabeæ Majestas formatur in epomides, in feta aternum vi-
 rentes nectuntur lauri, nisi, ut prisca Sapientia gloria, utrique
 adorata Orbi post emortua annorum secula posteritati nun-
 quam non audiat celeberrima? Usque adeo cristatæ antiqui-
 tatis assurrexere molimina, desudavere conamina, ut inania
 Sophorum suorum nomina velut totidem innixa Rhodiis sta-
 rent firmius, suspicerentur amplius; augustius perennarent.
 Nec Herculeæ Heroum pectora, invicta belli fulmina post
 exantlatos pro aris, focisque patriis salò, solòve discrimina,
 purpuratas hostili sanguine dexteras, exarmatas, atque ener-
 vatas inimicorum phalanges, nec, inquam, tot meritis nobili-
 tata Bellonæ pignora tantum infractò ad quidvis robore sibi
 gloriæ nundinabantur trophæum, quò decantata literariô in-
 nutritorum otio veterum Sapientum elogia æquarent, nedum

superarent. Fastidit innumeris celebres triumphis morituri
Scipionis exuvias ingrata Patria, Heroemque suum post fata,
Majorum inferre dedignatur tumulo; dum interim tota penè
septenis in urbibus non inhonorum autumat Græcia, protra-
cto in annos decertare litigio, ut suum quælibet civem Ho-
merum vendicet. Verùm mihi ludibrium hodie fides Græ-
canica, fastuque suo fastidium Romania. Ubi enim nunc,
amabò, Sapientum inscripta gloriæ monumenta? Ubi, sive
de Pario fabricatæ marmore, sive ab auro fusæ moles? suo
volutantur in pulvere, evanescere. Jacent Thalætis, Solonis, Chi-
lonis, Pittaci, Biantis, Cleobuli, Periandri, jacent suis sepulta
cineribus famosa quondam Nomina, suorumque ignorant Panegy-
ristarum applausus, tumida ingenia, in fumum fama evan-
uit; Omnium denique celebrata linguis Sapientiæ vetusti-
oris encomia tristi funestata silentio obmutescunt. Quid mi-
rum, Erudita Didascalorum capita inter rudera, & parietinas
nunc squalere ingloria, quæ omni genuinæ virtutis fulgore,
cùm unica perennaturæ Gloriæ basi sese noverant destituta.
Valeat proinde fumosum Palladii nomen, cujus adminiculò
Romæ Sapientia audit Inquilina; facessant septena Sapien-
tiæ Atticæ Sidera umbris eclipsanda æviternis. Si namque
politioris Megacosmi Gloriâ Sapientum sunt Athenæ, quo-
rum Oraculis dictatâ populis Jura, exculta ad civilitatis nor-
mam inculta gentium ingenia, compressa ferocientis vulgi li-
centia, firmatus legum tenor; si dignum elogiorum thema
laureati Pantosophorum vertices, nequaquam animi pendeo,
omnem vetustioris Sophiæ pompam iri obliteratum; ubi pro-
rostris hodie diviniore Scientiæ exhibebo Magistrum à ge-
mina Sapientiæ, ac virtutis laurea quàm celeberrimum. At-
que nè vota morer longius, dabo Sapientem novum hodie,
Sabaudia animam, Gallia gemmam, Latii Charitem, unum
dabo Salesium, quem ita inclinante in vota cælo, terrâ per-
urgente appello: Salesius Novus Orbis Magister. Debent
suam maximo Salesianæ mentis Augustali Scientiæ magnitu-
dinem, tum grandes, cum uni domesticæ Salesio; debet &
suum

suum pariter Salesiano pectori virtus vulgatum terris splen-
dorem pulcherrimum nacta Sanctuarium, quod innocens Sa-
lesii Sanctitas visa est consecrâsse. Et hoc meum de Salesio
Dictionis argumentum. Quapropter dicam, quod dixi,
Pace cum primis Vestra P. P. Religiosissimi, Vestra Orna-
tissimi Auditores veniã. Neque de tua fas mihi ambigere
benevolentia, lectissima Hospitum corona, cui gratioso mari-
tatam fœdere Laconicè peroranti de Magistro discipulorum
Rudimento, unã consuetam literariæ Palæstræ tesseram fave-
bis patientiam.

Illustre nomen Sapientia! Obstetricantis gratiæ Filia,
Diviniore conceptus Primogenita, æternitati sua inscribit ge-
nethlia. Rude adhuc, ignobilèque megacosmi squalebat
chaos; nondum inserta Olympo fulgebant sidera, implanta-
ta terræ florum vernabant germina; jam auras hauserat vi-
tales, interque mundi exorientis incunabula matura constitit,
thâumaturgæ geneseos contemplatrix. At ubi felicioribus
progressa auspiciis tellus pulcherrima rerum varietate efflo-
ruit, mortalium caput ambire Societatem, quò cupitã dudum
cum filiis hominum deliciaretur præsentia. Felices animæ!
quibus ea felicitatis haud vulgaris obtigit prærogativa, ut sub-
limiori beatæ Hospite, post depulsas agnatæ ignorantia tene-
bras, tandem saperent celestis Sapientiæ eruditæ Magi-
steriò. Et hoc in Te contemplari ac venerari datum est Sa-
lesi Sapientissime, cui in ipsa penè vitæ aurora sapientia au-
diit domestica, hâcque moderatrice Gigantæis provolans pas-
sibus eos literariæ fecisti industriæ progressus, ut brevi eru-
dito in capite nova Scientiarum, Universitas visa sit assurre-
xisse. Huc ades Spectator Oculè! Salesianæ scrutare magni-
tudinem Sapientiæ, unde Orbem eruditit univesum. Vix-
dum in ratiocinium lactata ætas primula sub Mansuetiora
Claromontana Palladis labara convolat novellus Artium A-
lumnus, lecturus hac in arena Palmas Athleta eruditior eò
splendidiores, quò ab individua pietate Nobiliores. (a) Ob-
stupuit hinc in pusillo etiamnum Salesio virum penè litera-
tum

(a) In vi-
ta p. 1.
c. 4.

tum coartaneorum caterva; Musarum Præsides in discipulo demirati Magistrum, summæ ab ingenio teneriori Sapientiæ sponponderunt omina, novam Orbi secuturis annis stuporis referatura scenam. Præluit nempe maturæ virtuti imbellis adhucdum ætas, atque in ipsa infantia aurora de vitæ perfectioris augurari licet meridiæ. Porreptosum Alcidis robur tot, tantisque in omnem vitam nobilitatum facinoribus, commendatum laboribus, gestis celebratum inter cunarum otia commendationis suæ sumpsit primordia; quæque à Nemeæ bellæ elisis faucibus quondam inclaruit dextera, constricta cunarum fasciis præfocatos innato robore exanimavit angues. Inscribebat fama cunis epigraphen, pennam porrigo: *Urit maturæ.*

Et rosa maturè se probat esse rosam. (b)

(b) In
Flor.
Poet.

Verum cur præposterò delapsa consilio Oratoris eloquentia Sacratiori Orbis Magistro ab emenso non in gloriæ minoris literaturæ stadio adornat elogium, dum interim immensa gloriæ seges in provecto jam jam ad summum Scientiarum apicem Salesio ceu Diviniore Magistro opperitur Panegyristam? Eja proin assurge Svada, atque silentiò involve ad Cleanthæas lampades feliciorum in rimandis naturæ arcanis Stagiritam, qualem festivum inter Sophorum Pæanem admirantis vulgi júbila, Urbis tripudia Lutetia suspexere laureatum; neque memora in justitiæ, æquitatisque incumbentem leges, Juris humani æquè ac divini peritissimum Scholiarcham, nè annalium prolixitatem induat mendicæ dictio, Orchestram apparat augustiorem suo Gebenna Præstuli, in qua doceat Orbis Magister. Offendunt hic memoriam infortunata prævaricantis Paradisi tempora, quibus violatis funestæ arboris bellariis velut rotidem pilis tormentariis collapsus homo funeravit orbem, deflendisque haud uno lacrymarum imbre Universo invexit calamitates Mortali Proto-parentis posteritati hæreditarias. Vix bene de nihili sui facie emundatus fuerat infans Mundus, jam artes, & Scientiæ illi connascebantur, hæc nihilominus Nobilissimæ mundi recens nati Principes, & mentis Gratiæ post infaustam primigeniæ Gratiæ ob-

um-

umbrationem prohi dolor! squalido corruptibilitatis ergastulo inclusa inter Ciminerias excoecata rationis tenebras ignobiles delituere, quoad Theandrica ante sæcula geniti Unigeniti Sapientia terris sese intulit, suomet ipsa Magisterio Orbem eruditura ignorantem. In Magistrum abijt Christus, ut salvificæ fidei illustratæ fulgore, damnata scelerum caligine, excussa gentilitatis nocte digna cælo Superisque sapiant mortalium mentes, altumque defigenda cordibus æternæ caperent veritatis documenta. *Plaudite Orbis! sed & tuo applaudite Salesio!* cui adsimilata Christo in tuum mancipata emolumentum obvénit prærogativâ. Te hic appello, pro quo peroro, Salesio Divinissime! Ediffere muneris cælo participati præcellentiam! paret Salesius: *dum Unctio* (inquit Orator *Is 214.* *melleus*) *Episcopalis capiti meo adbibebatur, agnovi me evehi ad eam dignitatem, ut Christum JESUM in terris, tanquam, in me ipso spectabilem redderem.* O Thaumaturgam, omnibusque Sæculis inauditam metamorphosim! Immigrat Christus in Salesium, fit Salesius imago Christi; ut vel hinc noverit Orbis: novum sibi Diviniore Sophiæ Magistrum destitasse sidera in Præsule inaugurato. Formatus quondam in formis terrarum Orbis inter electa Galilææ montium juga Numinis Incarnati Magisteriò; hodie reformatus idem in vitam meliorem ad prærupta Sabaudia adyta Salesii docentis eloquiò. Ibi Salvatoris exulta legibus sylvescentis terræ facies, hic saluberrimis imbuta disciplinis tellus omnis, unius Salesii discipulam sese gloriatur. Octonas in monte increata Patris Sapientiæ dictavit beatitudines; Salesius inter Alpium vertices unam Cæli scripsit beatitudinem, Olympus probavit, Numen signavit; audiat Orbis! Erudiatur Atheus! Obmutescat Hæresis! sapiat Epicurus! nihil ex omni parte beatum, dum una hæc deficit beatitudo. Parturiunt hodie montes, in montibus Salesius, & emortui in vitiorum cæno mundicadaver, sepulchrale hominis ossarium, & projicienda infernicanis in spoliis tabidj Silicernii analecta revocavit, ani-

B

navit,

mavit, in vitam novam; in vitam sanctam legis Divinioris Magisterio. Adeo nimirum ludit in orbe Cæli Sapia, ut quem volitante per aëra, caputque Salesii insidente flammæ sphaerula quondam illustrem terris reddidit, eundem indefesso conamine erudiendo orbi insudantem, clarissimum Sapia, ac virtute Orbis Magistrum haud incongrue comprobaret. At! at! Palæstram subeo, docentis scrutor, Sapia Salesii, & felicior non ad Speculum ænigmaticum Memphis; sed ad Gebennam, subsistentem demiror Trismegistum; Artium veneror omnium, Scientiarumque domicilium in Salesio hospitantium. Eloquentiæ penso, vehementiam, & fulmen cerno; nitorem spectro ac copiam, & flumen offendo; claritatem intueor, & lumen video; ea nocte, qua Verbum Patris in humana eloquentiâ Scholæ primum perorare ordiebatur, Evangelicam Tullius hic auroram Metinganis, Alacunganis, Brensenfis annuntiavit, & cum aurora veritatis clarissimæ invexit meridiem, docuitque Regium tenere callem beatitudinis non fucata illustratos fidei lumine Cæli viatores. Apage nunc, & inanem somniantium, an delirantium Poëtarum desine fabulam; buccinare superstitiosa antiquitas in prodigiosa Hercules Gallicani, facundia; evanida est fabulæ fides; mendax encomium. Luculentior, puriorque in Salesio triumphat veritas, aureamque ostentat eloquentiam, animorum Dominatricem, in eloquentia magnificum in corda mortalium imperium. Quoties peroravit, persuasit; ut dixit, vicit; adeo nemo Salesio facundior, ubi Numinis urgebat causa; nemo vehementior, ubi in Ecclesiæ propagationem ardebat; nemo firmior, ubi Legum vindex, morum assertor desiderabatur; nemo validior, ubi vitiorum extirpanda semina; nemo, ubi demetenda hæreson cervicis forent, ardentior sentiebatur. Gement etiamnum flagrantiore Salesii Svada funestata Liberi Patris Orgia, effrænisque bacchantium, licentia fulminante exegeßi compressa, penitusque proscripßa exitium, hodie dum indolet nullo reparabile ævo. (c) Cede temulentum

(c) In vi
 21 p. 4.
 1. 3.

Numen,

Numen; & jactat hætenus in Superos, Inferosque Imperii habenas vel invite animorum Regina Salesianæ transcribere facundia. Augustior Genevæ respundet facies, serenor; absterfa temulentia caligine, mentis refulget acies, nervosô Magistri sui eloquio sapere docta ad sobrietatem. Etiam elingua scenarum Mimicarum rudera Heroo protrita assu felicioris Tullii non desinent vim, roburque dicendi commendare; aggesti saxorum acervi victrici eloquentiæ stabunt in statuas, molésque assurgent triumphales, amplissimum laudis daturæ campum Salesiani Nominis Orbis quadripartito. Disperfit Eruditissimus à Verbo aeterno, & Patre procedens Orator ignem; ignem animavit in linguas; in linguis auream efformavit charitatem; Quid Salesius? disperfit quoque genuinum Verbi Incarnati ectypum Charitatem Salesius; Charitas erupit in ignem, ignis in linguam figuratus totam inflammavit Europam. Testis mihi unita, & non reliqua memorem) Philothæa, dignus Magistro tanto partus, dignum auro, cedrove opus; Illa vix dum in lucem edita oculis apparuit mortalium, & eodem pene atino Gallicam suavitatem Parisius, Hispanicam gravitatem Madriti, Italicam velocitatem Florentiæ, Latinarum amantitatem Romæ, Germanicam Augustæ didicit sinceritatem, Gallis conceptuosa, Hispanis sententiosa, Italici ingeniosa, Romanis Sancta, Germanis erudita, omnibus fuit omnia; ut in hac tot linguarum Prothæa Apostolorum æmula, omnis Salesii docentis industria erudiretur creatura. O Philothæa! Angelici Spiritus anima! quam ego tuis æstuarum inhære præconiis, ni meliore consilio ipso desperaret in litmine repertura nunquam epilogum Svada. Hæc Salesianæ facundia excellentiâ, tantus in eloquendo Salesius, quantus in cognoscendo? tentemus, reduco si parium, & summorum prodigiorum scena in intellectu Salesii referatur. Consecratur in Episcopum Salesius, à Vespasiano Gribaldo Archi-Episcopo Viennensi, & in ipsa con-

B 2

secra-

cratione arcanum exhibetur Salesio ; Myſterium à ſæculis
abſconditum , in ſolitudine unius naturæ Divinæ beatitudo ,
in Trinitate felicitas , Viatorum ſpes , Comprehendorum
quies. Revelatur Verbum Patris , & illius obmutefcit in-
tellectus ; revelatur Utriuſque amor , & voluntas absorbetur ;
revelatur à dextris Omnipotentis ſedens DEUS-Ho-
mo , & cernit illum gemino cogitare intellectu , duplici a-
mare affectu. Cernit iſta Salesius , & plùs quàm aquilina
pupillæ acie rimaturus DEI Triunius penetralia in Theoſo-
phum formatur Numinis Magiſterio. Colliqueſcit Divi-
nitatis immerſa profundo Mens Saleſii , interque obſcuras
tantorum myſteriorum caligines pleno deliciatur lumine.
Deliciare ! Deliciare hoc in ſplendore Illuſtris Theologe, ter-
felix in via comprehenſor Saleſi ! ut participatæ lucis radi-
os in orbis valeas derivare emolumentum. Et en ! Triſ-
megiſto Numine aſpice DEUM ſpirat Salesius , ut inſi-
pidis Mortalium inſpiret mentibus , curvâſque in terris ani-
mas Cæli edoceat leges beatitudinis bajulas. Enimvero
exécrabile errorum chaos , quantas non animarum ſtrages
ruinâſque dedit, intulitque. Nondum tota in Orthodoxæ
fidei obſequium Romano ſeſe inclinabat Capitolio Francia ;
ſtabant tot Caucaſi fragmina , tot veritatis ſcopuli , quot in-
durata in ſaxum pectora ; adhuc hibernabat Religio , pro-
pulſa ingemebat fides , exul Eccleſia ; adhuc Latio refracta-
ria tot florentiſſimi Regni , Urbiumque à Calvino horripila-
bant capita ; conclamatum erat de nobiliſſimo Regni ful-
gore , niſi propulſandis tantorum errorum noctibus natum
ſublimiſſimæ Doctrinæ Magiſtrum in Saleſio reperiſſet Ec-
cleſia. Nec mora : vix Saleſianæ illuxit Sapientis claritas ,
obtenebrata hæreſeos umbris præcordia diem auſpican-
tur ſereniorem , pulchrôque fædere Tarpejos dein devenera-
tura colles , uni, ac ſoli fundatæ ſupra petram in Petro ,
ſubarrhantur veritati. Specto illuſtrem lucis ſcenam , &
ſeptuaginta duo millia complectentem in lucem , libertatém-
que

que filiorum DEI à Saleſio eductorum contemplor coro-
nam. Vide & tu, ſi libet, licet, noctium lavernio , erro-
rum tenebrio , Calvine bubo, docentis Saleſii Maieſtatem ;
aciem intentâ , Saleſium , ſi potes, ſpecta. Cæcutit ple-
no meridie infelix Averni noctua , lumen ſaſtidit , Lethæo
mergendum amne triumphantis Sapientis jubar, deſtinat.
Damno exoculati animi facinus ! Do ſpectaculum ; gemi-
quum Calvini intoxicatum lue è Genevenſi emerſum palude
monſtrum caput erigit , clafſicum intonat , Saleſii enervatu-
rum Sapientiam graditur in arenam. Huc oculos , ani-
môſque Auditores ! Pacificum Eccleſiæ bellatorem ſpectate
Saleſium ! Nunquam ſanè auguſtius Sapientis accedit preti-
um , quàm dum adverſantium probata Lydiô victrix trium-
phat. Solem dixeris hęc refulgentem ampliùs, quò glorioſi-
us inter agglomeratas aſſurgentium nubilorum caligines innu-
bem hanc Megacoſmi pupillam videris eluſtantem. Nec pul-
chrius magnitudinis ſuæ ſuffragium nancifci poterat inclytus Sa-
leſianæ Sapientis ſplendor, quàm quod devictorum æmuloꝝ
efformavit calculus, quando inimica Saleſio Bonni, atque Da-
vulii antehac temeritas , jam herbam victori ultro porrigit
laureatam , pulchrûmque prodigioſa metamorphoſi autumat
jurare in verba Magiſtri. (d) Advolate diſertæ Elogiaſta-
rum pennæ & luculentum Sapienti noſtro Saleſio ſcribere e-
logium nulla annorum obliterandum vetuſtate. Eſt Saleſi-
us Claromontio Eruditiffimus Artium , & Scientiarum Do-
ctor, Sabaudis Sapientiſſimus Orbis , Camberio ſolidè do-
ctus, tantò judiciò, tamque præclaris ornatus dotibus, ut vi-
derit Collegium Jurisprudentiæ parem Camberii neminem ;
eſt Saleſius etiam purpuratò Vaticanæ Sanctitatis oraculo
eximiè Doctus, & Sanctus. Habet nempe uno in Saleſio
ea Scientiarum decora, quæ demiretur Orbis, quorum ſin-
gula conſpexiſſe in aliis, cunctis audiit portentofum. Deli-
bata tantisper Saleſianæ Sapientis magnitudine, fulgidum
in Saleſio virtutis jubar in ſui pariter Oratorem provocat
B 3 com-

commendationem. *O* Saleſi Diviniſſimè. *R*igeſcit in Cauſaſum animus; ſtupore enthea mens hæret; nec lingua ſandi reperit facultatem; ubi reductò aliquantum ſpariò virtutum Tuarum gloria obtutui ſiſtitur. inuentis? *Miranda* Sapientia; ac virtutis eſt Unio; prodigioſum utriuſque connubium; Univit; conjunxit Saleſius; Magnus ex utroque utriuſque Orbis in emolumentum Magiſter. Inanem equidem ſemper credidit eam ſeculorum memoria Sapientiam, quam altiſſima virtutis non fulcit baſis; ſine luce umbram præcærium, eolorum ſtibi, evanidum arrogantiæ ſumum, ſaruum ſine viribus ignem. *Auguſtum* Sapientis eſt nomen; indignum eo dixeris; quiſquis neglecto virtutis fœdere ſapientem ſeſe jactitat. *Procul* hinc inferſa Sapientia; monſtra, vitiorum umbræ; neſcit inſuſcari latrore ſceletum, *Eruditiſſimus* Saleſii animus ab ipſo vitæ exordio virtuti in Regiam deſtinatus. *ſi Saleſium vix peccatorem adam purpuratum* Baronii eſt encomium. *(e)* *Quid* Sanctius? Nec in omnem annorum ſeriem primigenium vitæ intemeratæ in eo emaruiſſe florẽ Orbis novit Univerſus. *Emortua*, ſi ſolubet, *revolvite* tempora; *atatem* recolite; *conſciam*, dabit illa in virtutum Gigantibus *Atlantem* Saleſium; in maximis dabit maximum. *O* quot uno in Saleſio ſcena ampliffimarum panduntur virtutum ſcrutanti oculo! *ſpectate* in fronte Saleſii profundiffimæ humilitatis *oviolas*; in oculis caſtimonie *lilia*; in labiis *verecundia*; in genis *temperantiæ* roſas; candidam in moribus *innocentiam*; angelicam vitæ integritatem, in omnibus *abſolutam* Sanctitatis *ideam*. *Excute* æſtuantia *Zelò* præcordia; *flagrantes* cordis luſtrate ſinus, quanta hic *effulget* *Majeſtas*; *porphyrogenitæ* virtutum eſt *Auguſtale*, ſolio *inſidet* *Charitas*; *humilique* *Tamulatu* virtus ancillatur omnis. *Date* *date* *veniã* *Seraphicæ* *aligerum* mentes; ſi *veſtras* in *Saleſio* *exſollo* *flammas*; *Charitatis* hæc ſunt *incendia* *abſumentis* *mortalium* *corda* *fæde* *depopulantibus* *vitiorum* *zizaniis* *nata*; *tum* *publicam* *eruptura*

ptura in lucem, cum legem igneam amoris firmatam pondere frigeſcentis mundi emortuo penè cordi perennaturo grammate ſanctiſſimè inararit Saleſius. Sed enim exoſus moras, feriarum impatiens in pulchros exſtimulat auſus mancipatum ſibi ex aſſe Saleſii animum irrequietus Charitatis ardor, divinioremque eſſormat in Protheum omnibus futurum omnia ſaniori virtutum dogmate. Ergo quò cælum evocat, domeſtica provocat charitas, in apricum provolat Saleſius, conceptas pectore palàm facturus faces ſanctitatis, pietatiſque inentiva. Gebenna impietatis arx, vitiorum aſylum, per amplum Saleſiano inſtruit Zelo theatrum, ut damnatæ ad extremas terrarum plagas virtutis nova docente Saleſio ſuſcipiat documenta. Graſſetur in quodlibet projecta ſcelus audacia, corrupta morum licentia temerario ſibi auſu ſceptrum vendicet, crimen imperet, quod libet, licet; deturbabit folio, ſceptrum eripiet, inſtabit armatus flagro Saleſii zelus, emiſſas Orci furias, vitiorum lernas, animarum peſtes proſcribet, fugabit, eliminabit. *ſpectavit* eliminatas Authore Saleſio inimicas virtutibus *Megæras*, *inveſtas* primævis ſedibus virtutum *Charites* Gallia, Italia, Sabaudia; *ſpectavit* *Lugdunum*, *Camberium*, *Padua*, *Avenio*, *Lauretum*; *ſpectavit* denique *compendiatus* in *Evropæ* *pupillam* virtutis *Magiſtrum* Orbis *Univerſus*. Saleſium, quò aut *calentioribus* penetravit votis *flagrans* Saleſii *charitas*, aut *cominus* *ectypam* virtutis *effigiem* fecit *aſpectabilem*.

Eſt proinde, quò ſorti congratuler tuæ, tæque in feſtiva ire jubeam tripudia Sanctiſſimo ſimul ac Sapienſiſſimò Saleſii Magiſteriò erudite Orbis; *Plaudet* ingens tuæ auctarium gloria *Magiſtri* dedit excellentia, nunquam obventurum, nî aſtra terris dediffent Saleſium, ut puriore virtutis, ac Sapienſiæ dogmate tuæ ſubveniret ignorantia. Sed nè ultrà *Docenti* obturbet clamor dicentis, ubi docet *Magiſter*, tacet *Diſcipulus*. Bene habet! *Magiſtri* verbis humili ſubſcribo ſilentio, & conticeſco.